



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLII. Des Markgrafen Ludwig Bestätigung der Stadt Pritzwalk, vom Jahre 1325.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

rem presentes nostrorum sigillorum appensionibus fecimus communiti. Datum Lentzen, sub anno incarnationis domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, feria sexta post Luce Euangelistæ.

Bereits abgedruckt in Gercken's Fragm. march. III, 25 mit dem falschen Datum 1305 und mit Fehlern, wie Larzic statt Lanzic.

XLII. Des Markgrafen Ludwig Bestätigung der Stadt Prizwalk, vom Jahre 1325.

Ad perpetuam rei memoriam, Ludouicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lutatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Buarie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius fidelibus suis et dilectis burgenſibus vniuersis in Prizwalck presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Quoniam vestre constantie sinceritas ad hoc allicit animum, vt ea, que vestrum commodum atque salutem respiciant, sinceris semper affectibus prosequamur; Supplicationibus ergo vestris fauorabiliter inclinati, vniuersa vestre ac ciuitatis nostre predictæ jura, libertates, proprietates, possessiones, donationes, gratias, approbatas consuetudines atque immunitates, quibus vos et ciuitas a nostris predecessoribus quondam Marchionibus Brandenburgensibus felicis memorie estis muniti et predicti, insuper omnia priuilegia, libertates et instrumenta, vobis et ciuitati per predictos diuos Marchiones seu per alios ante ipsos diuos Marchiones rationabiliter concessa et munita, super dictis iuribus, libertatibus, proprietatibus, possessionibus, donationibus, gratiis seu aliis contractibus quibuscunque approbamus, ratificamus et necessario presentis pagine patrocinio solemniter confirmamus. Nulli ergo omnino homini fas sit hanc paginam nostram infringere et ei in aliquo tenore contraire. Presentes huic rei fuerunt Nobiles viri, dominus Güntherus et Vricus Comites de Lindou, honestus vir dominus Segerus prepositus Stendaliensis, H. de Rhedern Marchalcus, Johannes de Vroiden, (Crocher?) Albertus de Clepck, Buffo de Miloue, Bartholdus de Butze et Henricus de Rojetz milites nostri cum aliis fide dignis. Datum in dicta ciuitate Prizwalck, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, tertia feria in festo phentecostes, per manum Hermanni de Lüchon.

Nach Gundlingscher Abschrift und bereits abgedruckt in Gercken Fragm. March. IV, 21 und in Beckmann Besch. d. M. Brand. V, II, III, 133.

XLIII. Der Rath zu Perleberg leistet auf Befehl des Fürsten Heinrich von Mecklenburg dem Grafen Heinrich von Schwerin Pfandhuldigung, im Jahre 1326.

Nos Consules et vniuersitas ciuitatis Perlebergh recognoscimus publice per presentes, quod ex iussu speciali nobilis viri domini Henrici, domini Meghapolensis, iusto pignoris titulo fecimus homagium siue huldiam viro nobili domino Henrico, Comiti Zwerinenti, et suis veris heredibus pro stipendiis et deperditionibus LXX armatorum ac pro expensis C. armatorum dextrar., cum quibus idem Comes seruiet domino Meghapolensi predicto per guerram instantem siue presentem etc. Datum Perlebergh, Anno MCCCXXVI, die b. Margarethe virginis.

Aus dem Gundlingschen Coder, abgedruckt in Gercken's Fragm. March. III, 46. 47. Dies Fragment ist wahrscheinlich die S. 360 u. 361 abgedruckte Urkunde, nur mit falschem Datum.